7 dixit ergo ad eum Hiezabel uxor
eius
grandis auctoritatis es et bene re-
gis regnum Israhel
surge et comede panem et aequo
esto animo
ego dabo tibi vineam Naboth
Hiezhahelitae
8 scripsit itaque litteras ex nomine
Ahab
et signavit eas anulo eius
et misit ad maiores natu et ad
optimates
qui erant in civitate eius et habi-
tabant cum Naboth

4. faciem C; faciaem R; faciem suam A | 5. comedis AC; comedes R | 7. regis AC; reges R.

Deest Λ^L.

tis R; hezhahelitis B* | do = RACXΠ^FΣB
EΘHIG^BΨ^{Fm} cum *Libro comico l. c.*; dabo
rell. codd. et edd. cum cod. graeco A et
mult. al., cf. hebr. | lectum Λ^HXΠ^QΣ^QΦ^{GP}
Zg, cf. *Ambr. de Nab. 2* | faciem + suam
ΑΛ^HXΣBDΦEΘPH²I²ZΓ^{B2}Ψ^{BD}Ωagrelvδc
cum hebr. LXX, *Ambr. et Libro comico*
ll. cc. | ad par.] h. non habet Θ^Q | et om. D.

5. autem] itaque m | ad eum om.
Ψ^D | sua] eius XΣT^QE | contrista Σ^{O*}; tri-
sta P* | ~ contristata est anima tua ΩSM |
comedes RXΠ^FΣ^TDΦ^VH*KI*Ψ^D; comedi-
sti Π^Q; comedit Θ^H.

6. ad nab. hiezhahelite B*; ad nab.
iezhahelitem B², cf. hebr. LXX et *Librum*
comicum l. c. | dixit ei Π^QI* | dixit Λ^H |
tibi (I^o) + comodus Σ^{T2} (ex v. 2) | tibi
(2^o) om. Θ^{S*}Ψ^D | uineam] P*; meliorem
uineam Σ^{MBH}Ω^M; uineam meliorem Λ^{H2}
(in ras.)XΣT^QDP²Γ^AΩ^Saelδc, cf. LXX; ui-

neam meam meliorem Z; meliorem meam
Γ^B. ¶ hebr. ant. « uineam pro ea » Hug. |
pro ea — uineam om. D | pro eam Π^{F*};
pro eo Θ^{S*} | ~ pro ea uineam meam
meliorem Z | et] at Ω^S | do = RACΠ^FΣ^M
BEΘ^{HSA}I ZΓ^{AB*}Ψ^{Fmg} cum *Libro comico l. c.*;
dabo Γ^{B2} cum rell. codd. et edd. et LXX,
cf. hebr. | uineam meam om. Π^Q.

7. ~ hiezabel uxor eius ad eum I* |
auctoritatis] Γ^{B2} (tis corr.); auctoritas H*;
auctoris C | est R*^m (ut vid.) | et om. R |
reges RD; om. Ψ^{F*} | et (ante com.) om.
Π^QΣ^MΓ^A cum hebr. LXX et *Ambr. de Nab.*
9 | ~ animo esto ZΨ^{BD}Ω^Sagrelvδc | ego]
et Γ^B.

8. litteras] ¶ [h. libros] Θ^Q (restit.
ex *Martiano*) | et (ante signavit) om.
Φ^{R*} | ad (ante maiores) om. Σ^{O*} | ad (ante
optim.) om. XΠ^FΣ^{T*}Φ^{Z*}ΩSMagrelδc cum
cod. graeco B et mult. al. | eius] ei D*.

<non RA | <et RA | <avertit RA | 5. ¶ ingressa XC. Θ^S; XCIII. EΘ^{HAM}H; <ingressa
RAC | <quid RA | <et A | 6. <qui RAC | <locutus RA | <da RA | <aut RA | <et RA |
7. ¶ dixit XCIII. Θ^Q; XCV. B; <dixit RAC | <grandis RAC | <surge RA | <ego RA |
8. <scripsit RAC | <et signavit RA | <et misit RA | <qui RA.

- ⁹ litterarum autem erat ista sententia
praedicate ieiunium
et sedere facite Naboth inter pri-
mos populi
¹⁰ et submittite duos viros filios Be-
lial contra eum
et falsum testimonium dicant
benedixit Deum et regem
et educite eum et lapidate sicque
moriatur
¹¹ fecerunt ergo cives eius maiores
natu et optimates qui habita-
bant cum eo in urbe

- sicut praeceperat eis Hiezabel
et sicut scriptum erat in litteris
quas miserat ad eos
¹² praedicaverunt ieiunium et sedere
fecerunt Naboth inter primos
populi
¹³ et adductis duobus viris filiis dia-
boli fecerunt eos sedere contra
eum
at illi scilicet ut viri diabolici di-
xerunt contra eum testimonium
coram multitudine
benedixit Naboth Deo et regi

11. fecerunt ergo RA; feceruntque C | ciues eius RC; ciues (eius om.) A | in urbe RA; in hurbem C | 13. filiis R²AC; filii R* | deo et regi A; deum et regi R; deum et regem C, cf. supra v. 10.

Deest Λ^L.

9. litterarum] ¶ h. librorum Θ^o | erat sta] erant ista Π^F cum Libro comico l. c.; haec erat ΩSMarelb̄z̄c; ista Φ^R | primos] P*; primates XΣBP²HΓ; uel primos principes Ψ^B.

10. summite D; submitte Γ^B; inmit-
tite m | ~ uiros duos Π^F | blial A | fal-
sum] ¶ h. non habet Θ^o | benedixit] Π^{F*}
Σ^{T2}(bene corr.)P² (xit in ras.); maledixit
Π^{F2}Q^m cum Λ^H (marg.), cf. Lucif. Calar. de
s. Athan. 1, 18 (maledixisti); + naboth
Λ^HΓ^{B2}(nabot)ΩSMα cum pauc. codd. graec.
minusc., Λ^H (marg.) et Libro comico l. c.
¶ hebr. « benedixit » Hug. et lac. | deum
et regem] Θ^{S2}(deum in ras.)P*; domi-
num et regem C cum Lucif. Calar. l. c.;
deo et regi Θ^{H2}AMG²(deo in ras.)P²r cum
Libro comico l. c.; deo regi Θ^{H*}; + ma-
ledixit Θ^{S2} | eum + foras P² cum paucis
codd. graec. minusc.; + foras ciuitatem
Γ^{B2}; + foris ciuitatem Θ^{HSAM*}Q* | lapi-
date + eum Π^o cum hebr. et codd. grae-
cis qui hunc v. habent.

11. fec. ergo] feceruntque CΠ^F | eius

om. AΩ^M cum paucis codd. graec. minusc.;
+ et B cum Libro comico l. c. | habit.]
habebant D | in urbem Θ^{H*}Ψ^D; in hur-
bem C | eis om. Σ^{o2}MΒΓ | script. erat] erat
scriptum ΩSM; p̄scriptum erat Φ^{G*}; scrip-
tum est XD | in litteras Σ^M. ¶ [h. libris]
Θ^o (restit. ex Martiano) | miserit D.

13. abductis Ψ^D | ~ uiris duobus
Ω^J | filiis] Ψ^{F*}; filii R*Σ^{T*}Γ^{AB*}Ψ^{DF2} | dia-
boli] ¶ h. belial Θ^o | fecerunt — benedi-
xit] in ras. et marg. Γ^{B2} | eos om. Σ^M |
scilicet] uidelicet Ω^J | ut uiri diaboli BZ
Γ^Λm; uiri diabolici X²D; uiri diaboli X*,
cf. hebr. ¶ h. uiri belial (ut vid.) Θ^o | di-
xerunt] praem. et m | testim.] praem. fal-
sum I² | coram mult.] P*; coram multi-
tudinem R; coram omni multitudine Θ^{HS}
(-nō)^{AMG}P²ZΓ^{B2}Ω^S. ¶ h. coram populo Θ^G |
~ coram omni mult. testim. Ω^S | benedi-
xit] X*Π^{F*}; maledixit X²Π^om; edixit Π^{F2} |
deo et regi = AXΣ^{T2}Θ^{P2}KΨ^{BF}Γ^m cum Libro
comico (ed. Morin, p. 30); deum et regi R
Γ^{Λ2}(i in ras.); deo et regem Σ^{T*}; deum
et regem CΛ^HΠ^ΣOMB²DΦEP*HIZΓ^BΨ^DΩ^m

9. <litterarum RAC | <praedicate RAC | <et RA | 10. <et submittite RA | <et falsum RA | <benedixit RAC | <et educite RA | 11. <fecerunt RAC | <sicut RA | <et sicut RA | 12. <praedicaverunt RA | 13. <et RA | <at RAC | <benedixit RAC.

- quam ob rem eduxerunt eum extra civitatem et lapidibus interfecerunt
- 14 miseruntque ad Hiezabel dicentes lapidatus est Naboth et mortuus est
- 15 factum est autem cum audisset Hiezabel lapidatum Naboth et mortuum locuta est ad Ahab surge posside vineam Naboth Hiezrahelitae qui noluit tibi adquiescere et dare eam accepta pecunia non enim vivit Naboth sed mortuus est
- 16 quod cum audisset Ahab mortuum videlicet Naboth surrexit et descendebat in vineam Naboth Hiezrahelitae ut possideret eam
- 17 factus est igitur sermo Domini ad Heliam Thesbiten dicens
- 18 surge et descende in occursum Ahab regis Israhel qui est in Samaria
- 19 et loqueris ad eum dicens haec dicit Dominus ecce ad vineam Naboth descendit ut possideat eam
- 20 et ait Ahab ad Heliam num invenisti me inimice † mei † qui dixit inveni

15. surge posside AC; surge et posside R | 18. surge et descende RC (et); surge descende A | 20. inimice mei] inimice meae AC, *fortasse cum archetypo, eoque, ut vid., erroneo*; inimice meus R.

Deest Λ^L.

αγελ̄ε̄ε̄, *cf.* LXX; in deum et regem B*; + maledixit Θ^{S2} | et] ex K*.

14. est (*post* lapid.) *om.* D *cum Libro comico l. c.*

15. autem *om.* DΓ^{B*} *cum Libro comico l. c.* | surge + et RXΣ^{TO}ΘP²[ε̄ε̄ | hiezrahelites B*; hiezrahelitis B² | qui] quia DI | tibi *om.* B | acceptam pecunia Θ^S; accepta pecuniam Π^FB^{*D}; pecunia accepta Φ^{O*}.

16. descendit Φ^RΩ^{Sg}.

17. factum est igitur Ψ^D; factus est autem Σ^{O*}E²Θ^{HS1}; factum est autem Θ^{S†}; factus igitur K; factus est E*, *cf. Librum comicum l. c.* (factum est).

18. et *om.* ΑΛ^HΠ^OΣ^OBΦEΘPHKIZΨ^F

Ωbmaq̄w *cum hebr.* | regem Π^O | in (*ante sam.*)] de Θ^A | ad] in Ω^{S*} | descendet X Σ^{TO}Θ^{HS} *cum Libro comico l. c.* | possideret Ω^{S*}.

19. dominus + deus Φ²²HΩare | ad-des haec *om.* Γ^B | addens Π^O | hoc *om.* Σ^M Θ^{M2Q2} *cum hebr.* LXX, Λ^H (*marg.*), *Ambr. de Nab. 11 et Lucif. Calar. de s. Athan. 1, 19* | in quo] quem Ψ^D | linx.] linxerint sanguinem Ω^S | ~ naboth sanguinem Ψ^{BD} | ~ quoque tuum sanguinem Λ^HX Π^OΣ^BΦ^{RZVP}EPHI²ZΓ^BΨ^{BD}Ω^{JMg} *cum Libro comico l. c.*; ~ quoque sanguinem tuum Φ^OΩ^{Sare}ε̄ε̄ε̄.

20. ahab ad hel.] ad ahab hella Ψ^D | inuenisti — dixit] *in ras.* Λ^{H2} | uenisti R* |

<quam RAC | 14. <miseruntque RAC | <lapidatus RA | 15. ¶ factum *Div. sine num.* Z; <factum RAC | <locuta RA | <qui RA | <non RA | 16. <quod RAC | <surrexit A | 17. ¶ factus XXVII. C; XCI. Θ^S; XCIII. EΘ^{HAMG}H; XCVI. B; § factus II. Ω^M; <factus RA | 18. <surge RAB | <ecce RAB | 19. <et RACb | <haec R | <occidisti RAB | <et post RA | <haec dicit R | <in loco RAB | <lambent RAB | 20. <et RACb | <num RACb | <qui RAB.

eo quod venundatus sis ut faceres
malum in conspectu Domini
21 ecce ego inducam super te ma-
lum
et demetam posteriora tua
et interficiam de Ahab mingen-
tem ad parietem et clausum et
ultimum in Israhel
22 et dabo domum tuam sicut do-
mum Hieroboam filii Nabath
et sicut domum Baasa filii Ahia
quia egisti ut me ad iracundiam
provocares et peccare fecisti
Israhel

23 sed et de Hiezabel locutus est
Dominus dicens
canes comedent Hiezabel in agro
Hiezrahel
24 si mortuus fuerit Ahab in civi-
tate comedent eum canes
si autem mortuus fuerit in agro
comedent eum volucres caeli
25 igitur non fuit alter talis ut
Ahab
qui venundatus est ut faceret ma-
lum in conspectu Domini
concitavit enim eum Hiezabel
uxor sua

23. sed et de R²AC; sed et (de om.) R*.

Deest Λ^v.

me om. K | inimice mei = XΣB²(ic in ras.)
H², cf. hebr. et LXX; inimici mei H*; ini-
mice meae ACΠF⁶(inimice)DKb, cf. *Li-
brum conicum* (inimici meae); inimice mee
E²m; inimice mi Φ^pgr; inimice meus R
ΘP²ZΓ^ΛΩ³, cf. *Ambr. de Nab. 12 et Lu-
cif. Calar. l. c.* (inimicus meus); inimicum
tuum ΛH²ΓB²(ū tuū in ras.)ΩSM; inimicum
tibi ΦRZOV^E*P*1²(ū tibi in ras.)ΨDF*aelv̄ḡc;
inimice meus tibi ΨF²; inimicum tibi uel
inimice mi ΨB² in ras. brev. spat. ¶ « num
inuenisti me inimice meus » ita habet
hebr. et ant. *Hug.* ant. et noui « num in-
uenisti me inimicum tibi » *Guill.* | dixit
+ ei ΘP²Γ^B | in conspectu] ¶ h. in ocu-
lis Θ⁶.

21. ecce] *praem.* propterea hec dicit
dñs Ω; *praem.* h(a)ec dicit dominus ae
*cum codd. graec. fere omn. et Lucif. Cal-
lar. de s. Athan. 1, 19.* ¶ hebr. « domini
ecce ego » *Hug.* « propterea hec dicit do-
minus » hebr. ant. non habent hoc *Iac.* |
et om. B | demet*am ΛH; demetiam ΣTMB
ΦR⁶; demittam ΘH²S*; dimittam Π⁶DΦ^PE*

Θ^S2P*; demetiar XΨF*. ¶ h. auferam Θ⁶ |
et (ante interf.)] ut H* | interf.] deficiam
Φ^v | clasum R* | ultimum] ¶ h. derelictum
Θ⁶ | in] P* (ut vid.); de ΘP²ΨF.

22. filii RΦ⁶*m (ut vid.) | baasa] ahab
Ψ^D | filii R; filia DΘ^S; filium B | quia]
qui Θ^S* | egisti] eiecisti X.

23. sed + locutus est dominus de
iherusalem D | et om. ΛH | de om. R*Σ^T*
E*, cf. *LXX et Lucif. Calar. l. c.* (ad) |
comedunt Π⁶ | in agro hiezer.] in agro in
azrahel Ψ^D; om. Σ⁶*.

24. si — ahab] ¶ h. qui mortuus fue-
rit de ahab Θ⁶ | in ciuitatem Π^F | come-
dunt (I^o) Π⁶Γ^B* | si autem] ¶ h. qui au-
tem Θ⁶ | comedunt (2^o) D.

25. ~ talis fuit alter R | ut] in ras.
ΨB²; sicut XΣ^T0Narel̄ḡc | in conspectu
dom.] X² (u corr.); in conspectum dom.
Θ^S cum *Libro comico* (ed. *Morin, p. 31*);
coram domino Ω^M. ¶ h. in oculis domini
Θ⁶ | enim] autem Γ^B | eum om. Ψ^D | ~
eum enim I* | ~ uxor sua hiezabel Θ^HS |
sua + dicens Ψ^{BD}.

<eo RAb | 21. <ecce RAb | <et demetam RAb | <et interficiam RAb | 22. <et dabo
RAb | <et sicut RAb | <quia R | <et Ab | 23. ¶ sed XCII. Θ^S; XCV. EΘ^{HAMGH}; XCVII.
B; <sed RACb | <canes RACb | 24. <si mortuus RACb | <si autem RAb | 25. ¶ igitur
Div. sine num. Z; § igitur III. Ω^M; <igitur RACb | <qui RAb | <concitavit RAb.

- 26 et abominabilis effectus est
in tantum ut sequeretur idola
quae fecerant Amorraei
quos consumpsit Dominus a facie
filiorum Israhel
- 27 itaque cum audisset Ahab sermones
istos
scidit vestem suam
et operuit cilicio carnem suam
ieiunavitque et dormivit in sacco
et ambulabat dimisso capite
- 28 factus est autem sermo Domini
ad Heliam Thesbitem dicens
- 29 nonne vidisti humiliatum Ahab
coram me
quia igitur humiliatus est mei
causa
- non inducam malum in diebus
eius
sed in diebus filii sui inferam
malum domui eius
- XXII. 1 transierunt igitur tres anni
absque bello inter Syriam et
Israhel
- 2 in anno autem tertio descendit
Iosaphat rex Iuda ad regem
Israhel
- 3 dixitque rex Israhel ad servos
suos
ignoratis quod nostra sit Ramoth
Galaad
et negligimus tollere eam de
manu regis Syriae
- 4 et ait ad Iosaphat

26. effectus est RA; factus est C.

Deest Λ^L.

26. effectus] *in ras.* P²; factus CΛ^H
ΠΓ^{B*}arel̄c; *om.* Ω^{S*} | sequatur Ψ^D | idola
om. Ω^{S*}. ¶ h. sordes Θ^o | fecerant] P^{*};
fecerunt XBΘ^{H*}P² *cum Libro comico l. c.* |
amorreii Λ^HXΠΣBΘ^{H*}PKIZΓΨ^{BD}Ωmag;
amorrhaei rel̄b̄c; ammorrei D | consumpserat Ψ^D.

27. cum] dum X | audiret Γ^{B*} | uestem
suam] uestimenta sua Λ^HΠ^oΘarel̄c
cum Libro comico l. c., cf. hebr. et Λ^H (marg.,
scissis uestibus suis) | in saccum m | ambulavit
*Λ^HΣ^o*ΦP*ZΨ^{BD}Ωagrel̄c | dimisso]*
*B*Φz*E*I**; demisso Λ^HΣ^oB²Φz²E²I²Ω^{S*}
agrel̄b̄c.

28. factus est autem] Σ^o*; factum
est autem Θ^{S†}; factus est igitur Σ^oMBH
IΓΩ²; factus est ergo E²; et factus est

arel̄c; factusque est Ω^S; factus est Φz*
E*Ψ^B.

29. ~ ahab humiliatum Σ^oMBΦ^PE
HKΓΩ^SMg *cum Libro comico l. c.* | igitur]
ergo Ω^M; *om.* P²H*Ω^S | est] es Γ^{A*} | cau-
sam ΠΓ^{Ψ^D} | indicam Θ^H | eius] meis Γ^{B†} |
~ in diebus eius malum Σ^M *cum Ambr.*
de Nab. 17 et Caes. Arel. serm. 65 (ed.
Morin, p. 268) | sui] eius XΣ^ToB | domu
Θ^{S*}.

XXII. 1. trans. ig.] transierunt ergo
Φz² *in ras.* | inter syria R | israhel] *praem.*
inter H *cum hebr. et LXX.*

3. dixitque] dixit itaque Θ^S | israhel
om. P[†] | ignoratis] *praem.* num Π^o, *cf.*
hebr. et LXX | ramoth-galaad el̄b | negli-
gemus B² (i ex e) | ~ eam tollere Π^PPI.

26. <et RAb | <in RAb | <quos RAb | 27. ¶ itaque XCIII. Θ^S; XCVI. EΘ^HAMGH; XCVIII.
B; <itaque RACb | <scidit RAB | <et RAb | <ieiunavitque RAB | <et ambulabat RAB |
28. <factus RACb | 29. ¶ nonne Div. sine num. Z; <nonne RAb | <quia RAb | <non
RAb | <sed RAb.

XXII. 1. ¶ transierunt XVIII. R; XVIII. X; XXII. Ω^{S*}; XLVIII. Ab; LV. Λ^HΦV
KI; Div. sine num. ZΨ; <transierunt C | 2. ¶ in XVII. Φz; XVIII. ΣΦ^{ROP}; LV. Γ^A;
XCVIII. B; <in RACb | 3. ¶ dixitque XCIII. Θ^S; XCVII. EΘ^HAMGH; <dixitque RAC
b | <ignoratis RAb | <et RAb | 4. <et RACb.

veniesne mecum ad proeliandum
in Ramoth Galaad
5 dixitque Iosaphat ad regem Israhel
sicut ego sum ita et tu
populus meus et populus tuus
unum sunt
et equites mei et equites tui
dixitque Iosaphat ad regem Israhel
quaere oro te hodie sermonem
Domini
6 congregavit ergo rex Israhel pro-
phetas quadringentos circiter
viros
et ait ad eos
ire debeo in Ramoth Galaad ad
bellandum an quiescere

qui responderunt ascende et da-
bit Dominus in manu regis
7 dixit autem Iosaphat
non est hic propheta Domini
quispiam ut interrogemus per
eum
8 et ait rex Israhel ad Iosaphat
remansit vir unus per quem pos-
simus interrogare Dominum
sed ego odi eum quia non pro-
phetat mihi bonum sed malum
Micheas filius Hiemla
cui Iosaphat ait
ne loquaris ita rex
9 vocavit ergo rex Israhel eunu-
chum quendam et dixit ei

XXII. 5. quaere oro RA²; quere horo C; quaero oro A* | 8. possimus RA; pos-
sumus C | odi A; odii R; hodie C | ita AC; sta R.

Deest Λ^L.

4. ait om. m | ad om. BP*Γ^A | ue-
niesne] Θ^{S*}; uenies Θ^{S2}Ψ^{Dm}, cf. *codd.*
graec. BN | ramoth-galaad εlb.

5. populus (I^o) — 6. et ait] *partim*
in ras. Θ^{M2} | populus (I^o) — tui] Θ^{G*}; et
sicut populus meus ita et populus tuus
et sicut equi mei ita et equi tui Θ^{G2}, cf.
LXX | et (post meus) om. Π^GΣ^{o†}Θ^S | et
(post sunt) om. XΣ^{TO} cum *hebr.*, cf. LXX |
mei et equites om. Λ^{H*} | et equites (2^o)
equites Λ^{H2}Π^FΦ^{R*}Ψ^Bagrelv̄ḡc; et Γ^B | ~
equites tui et equites mei Σ^M | quaero A*
Φ^{Vb} | oro] obsecro Π^FI* | te] ¶ h. non
habet Θ^G | hodie om. Π^o cum *paucis codd.*
graec. minusc. | ~ te hodie oro Σ^T.

6. ergo] igitur XΣ^{TO} | ait] dixit Σ^T |
ramoth-galaad εlb | bellandum] proelian-
dum B*HΓ; preliandum Σ^MB² | qui] cui
Ψ^F | dominus] *praem.* eam Λ^HXΠΣBΦPH
I²ZΓΨΩarelv̄ḡc; *praem.* eos Θ^{HSAM*}G* (ut

vid.); + eos E | in manum Π^F; in manus
Θ^S cum LXX.

7. non] nonne Ω^M, cf. *cod. graec.* A
(ἀρα οὐκ) | hic om. Σ^MBH*Γ^{AB*} | quispiam
om. B cum *hebr.* LXX et *Lucif. Calar. de*
reg. apost. 8 | ut] et Π^G cum *hebr.* LXX
et *Lucif. Calar. l. c.* | per om. Γ^{B2}.

8. israhel om. Θ^{S*} | possimus] Θ^{H*}M*G*;
possemus Θ^{M2}G²; possumus CΛ^{H2}(*in ras.*)
Σ^oM BΦEΘ^{H2}PHKIZΓΨΩagrelv̄ḡc | domi-
num] deum B* | sed + et Θ^A | odi] Σ^{T*};
odii R; hodie CΣ^{T2}; hodie D*; odie B* |
micheas + autem Π^G | hiemla] Θ^{G*}I*;
ihemla C; iemla AΛ^HXΣ^{TO*}BΘ^{G2}I²Ψ^DFΩ^J
agrelv̄ḡc; hyemla Φ^GΩ^S | ait om. R | ne]
non P* | loquaris] Λ^{H2}(*aris in ras.*)Γ^{B2} (a
in ras.); loqueris Ψ^D | ita] ista D; sta R |
rex + isrl Ψ^{B2}.

9. ergo] itaque XΣ^{TO} | israhel om. Φ^P |
ei] ad eum Θ^{HSAM} | festina ducere Π^{G2};

<veniesne RAb | 5. <dixitque RACb | <sicut RACb | <populus meus RAb | <et equites
mei RAb | <dixitque RACb | <quaere RAb | 6. <congregavit RACb | <et RAb | <ire
RAb | <qui RAb | <ascende R | 7. <dixit RACb | <non RACb | 8. <et RACb | <remansit
RAb | <sed RAb | <micheas RACb | <cui RACb | <ne RACb | 9. ¶ vocavit XCVI. Θ^S;
XCVIII. EΘ^{HAM}G^H; C. B; <vocavit RACb.

- festina adducere Micheam filium Hiemla
 10 rex autem Israhel et Iosaphat rex Iuda sedebat unusquisque in solio suo vestiti cultu regio in area iuxta ostium portae Samariae
 et universi prophetae prophetabant in conspectu eorum
 11 fecit quoque sibi Sedecias filius Chanaan cornua ferrea et ait
 haec dicit Dominus his ventilabis Syriam donec deleas eam
 12 omnesque prophetae similiter prophetabant dicentes
 ascende in Ramoth Galaad et
 vade prospere et tradet Dominus in manu regis
 13 nuntius vero qui ierat ut vocaret Micheam
 locutus est ad eum dicens
 ecce sermones prophetarum ore uno bona regi praedicant
 sit ergo et sermo tuus similis eorum et loquere bona
 14 cui Micheas ait
 vivit Dominus quia quodcumque dixerit mihi Dominus hoc loquar
 15 venit itaque ad regem et ait illi rex Michea ire debemus in Ramoth Galaad ad proeliandum an cessare

11. his RA; in his C | 13. ut uocaret AC(hut); uocare R.

Deest Λ¹.

estinat ducere Π^o* | hiemla] Θ^o*; ihemla C; iemla ΑΛ^HXΣ^{TO}Θ^{G2}I²Ψ^{DF}Ω²αgrelb̄sc; hyemla Φ^oΩ^s; hemla I*.

10. israhel — iuda] iuda et rex isrlh Σ^M | ~ rex iuda iosafath P* | sedebat] I*; sedebant Φ^{RZGP}P* I²ZΩαgrelb̄sc *cum hebr. et codd. graec. B multisque al.* | uestitu Π^o | regio] uario Ω^s | uniuersae Φ^{ZK}*; uniuerse P* | prophetae *om.* C | in consp. eorum *om.* Θ^s.

11. fecit quoque] fecit ergo Ω^s; fecitque Π^F | filius chanaan *om.* I* | chanaan Λ^HKΓ^AΨ^B; canaan ΧΣ^{O*}MΦ^{RZGP}Θ^{HS*}P*Ω²; cannaan D; chanaana Θ^{G*}relb̄sc; chanana ΒΘ^{G2}P²Hm; canana Γ^B; banaan Ψ^F | dominus + deus PΩ^s | his] in his CX *cum hebr. LXX et Λ^H (marg.)* | deleas] ¶ h. consumas Θ^s.

12. omnesque] omnes quoque E | ~ profetabant similiter D | ramoth-galaad

elb | et (*ante tradet*) *om.* R* | tradet + eam Ψ^r | dominus *om.* E* | in manu] B* I*; in manu* Φ^PH; in manum Λ^HΠ^FI²; in manus Β²Ω^Mαrel̄sc *cum LXX, cf. Λ^H (marg., in manus uestras)* | regis + inimicos eius X ΣBP²HΓ; + inimicos tuos Φ^{Z2}ΩSM, ¶ «inimicos tuos» *del. Hug. et Guill.*

13. uero] quidam Ψ^B | qui ierat] quierat DE*Θ^SIΨ^{DF*} | ut uoc.] uocare R Λ^H(uocaret Λ^{H*})Σ^{MB}HΓg *cum LXX* | est *om.* D | dicens *om.* Σ^M | sermo Γ^B | ~ uno ore EΩSM | regi* P; regis Φ^V | ~ regi bona Π^oΩ^sαrel̄sc | predicant** Ψ^B; praedicuntg; praedicabant Ψ^D | et (*ante sermo*) *om.* Π^FDI²Ψ^Qael̄sc.

14. dixerit *om.* Σ^M | ~ mihi dixerit Π^oBHΓ^BΩ^s | dominus *om.* ΧΣ^T | hoc] haec Π^FΨ^{DF}Ω^s(hec), *cf. LXX*; hic E*.

15. illi] ille H* | micheas Β*DH*Γ^B Ψ^{DF} | in ramoth-galaad elb; in ramoth in

<festina RAB | 10. <rex autem RACb | <vestiti Ab | <et RAB | 11. ¶ fecit XCVII. Θ^s; XCVIII. EΘ^{HAMG}H; CI. B²; *Div. sine num.* Z; <fecit RACb | <et R | <haec RACb | 12. <omnesque RAB | <ascende RACb (*signo κ*) | 13. <nuntius RACb | <locutus RAB | <ecce RAB | <sit RAB | 14. <cui RACb | <vivit RAB | ¶ quia LV. Ω^M | 15. <venit RACb | <michea RAB.

cui ille respondit
 ascende et vade prospere et tra-
 det Dominus in manu regis
 16 dixit autem rex ad eum
 iterum atque iterum adiuro te ut
 non loquaris mihi nisi quod
 verum est in nomine Domini
 17 et ille ait
 vidi cunctum Israhel dispersum
 in montibus quasi oves non
 habentes pastorem
 et ait Dominus non habent do-
 minum isti
 revertatur unusquisque in domum
 suam in pace
 18 dixit ergo rex Israhel ad Iosa-
 phat
 numquid non dixi tibi quia non

prophetat mihi bonum sed
 semper malum
 19 ille vero addens ait
 propterea audi sermonem Domini
 vidi Dominum sedentem super
 solium suum
 et omnem exercitum caeli adsis-
 tentem ei a dextris et a sinistris
 20 et ait Dominus quis decipiet
 Ahab regem Israhel
 ut ascendat et cadat in Ramoth
 Galaad
 et dixit unus verba huiusmodi
 et alius aliter
 21 egressus est autem spiritus et ste-
 tit coram Domino et ait
 ego decipiam illum
 cui locutus est Dominus in quo

18. prophetat RC; prophetet A.

Deest Λ^L .

galaad Θ^S | cessare] ¶ uel quiescere Ψ^B |
 cui ille resp.] qui ait B^2 ; *om.* B^* | de-
 scende Ψ | prospere I^* | tradet + eam B
 Ω^{Sc} (*ed.* 1598); + eum ξc (*edd.* 1592 et
 1593); + eos Λ^{H2} (*in ras.*) Ω^M | in manu]
 $B^*I^*\Psi^F^*$; in manu*** P; in manum $\Lambda^H\Pi^F$
 I^2 ; in manus $B^2D\Theta^S^*\Psi^F^2\Omega^M\text{rel}\xi c$ *cum codd.*
graec. fere omn. | regis] regio Σ^M^* .

16. rex *om.* Π^F | iterum (I^o) — loqua-
 ris] ¶ h. quot uicibus interrogabo te ut
 non loquaris Θ^G | ~ te adiuro Ψ^{DF} | non
om. ΦZ^* | mihi *om.* Z.

17. cunctum] hominem C | ~ in
 montibus dispersum $\Sigma^M B H \Gamma^B$ | habentem
 $\Pi^O \Psi^F$ | dominum] ¶ h. dominos Θ^G | ~
 isti dominum $\Omega^S \text{rel} \xi c$ | reuertetur I^* , *cf.*
 Λ^H (*marg.*, reuertentur singuli).

18. rex *om.* Ψ^B^* | israhel *om.* X |

prophetet $A\Phi^{RZGV}\Theta PK\Psi^B\Omega^S b$; profetet
 D; + et Θ^S | mihi — semper] *in ras.*
brev. spat. Φ^{R2} | semper *om.* Ψ^{DF} *cum*
hebr. et LXX, cf. Lucif. Calar. de reg.
apost. 8.

19. ait] ei Γ^A | propterea] propter
 hoc a | ~ super solium suum sedentem
 Ω^M | ei] et D; *om.* Ψ^B^* | a (*ante sin.*)
om. X.

20. quis] quid Θ^S | decipiat D^* | re-
 gem israhel] ¶ h. non habet Θ^G | israhel
om. Σ^O^* | ut *om.* Θ^G^* | et cadat *om.* BH^*
 Γ^{AB^*} | ramoth-galaad $\epsilon l v$ | unus + a si-
 nistris Ω^{JM} . ¶ hebr. ant. non habent « a
 sinistris » *Iac.* | aliter] alter Π^F .

21. est *om.* Θ^S^* | et stetit coram] ne-
 quam a Π^G | coram dominum R | illum
om. Ψ^B^* .

<cui RACb | <ascende RACb | 16. <dixit RACb | <iterum atque Ab | <ut Ab | <nisi R |
 17. ¶ et C. $E\Theta^M$; <et RACb | ¶ vidi CII. B; <vidi RAB | <et RAB | ¶ revertatur C. Θ^G ;
 <revertatur RACb | 18. ¶ dixit XCVIII. Θ^S ; C. $\Theta^{HA}H$; <dixit RACb | <numquid RACb |
 19. <ille RACb | <propterea RAB | <vidi RACb | <et omnem RAB | 20. ¶ et XCVIII. Θ^S ;
 Cl. $E\Theta^{HAM}H$; <et RAB | <quis R | <ut RAB | <et dixit RAB | 21. ¶ egressus XXVIII. C;
 CIII. B; <egressus RAB | ¶ ego Cl. Θ^G ; <ego RAB | <cui RAB.

22 et ille ait egrediar et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius et dixit Dominus decipies et praevaleris egredere et fac ita

23 nunc igitur ecce dedit Dominus spiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum qui hic sunt et Dominus locutus est contra te malum

24 accessit autem Sedecias filius Chanaan et percussit Micheam in maxillam et dixit mene ergo dimisit spiritus Domini et locutus est tibi

25 et ait † Micheas † visurus es in die illa quando ingredieris cubiculum intra cubiculum ut abscondaris

26 et ait rex Israhel tollite Micheam et maneat apud Amon principem civitatis et apud Ioas filium Ammelech

27 et dicite eis haec dicit rex mittite virum istum in carcerem et sustentate eum pane tribulationis et aqua angustiae donec revertar in pace

28 dixitque Micheas si reversus fueris in pace non est locutus Dominus in me et ait audite populi omnes

24. mene ergo RA² cum *codd. fere omn. et archetypo*; me ergo A*C | 25. micheas C; michea RA, cum *erroneo archetypo* | 26. amon R²; hammon C; amo R*A | 27. in carcerem AC; in carcere R | pane trib. et aqua RA; panem trib. et aquam C.

Deest Λ^L.

22. ait] dixit Z; *praem. et* φ^v | dominus] ¶ h. non habet Θ^o | pr(a)eualebit φ^o*Γ^{B*}.

23. mendaci DP*I*; mendacium Π^{F*}; mendacia Ψ^{B*}; mendacem Σ^MBP²HΓ^B cum LXX. ¶ hebr. «mendatii» Hug. | tuarum Π^o | et om. Σ^{o*} | mala X^t cum LXX.

24. chanaā ΩSM; chanaām Π^FΓ^A; canaan ΧΣ^o*Mφ^{RZ*}PPΩ^J; cannaan φ^Z2^o; channaa D; chanaana Θ^{G*}relv̄ḡc; chanaana BΘ^G2Hm; canana Γ^B | in maxillam] B*; in maxilla. B²ΘΓ | et om. Γ^A | dixit] ait A | mene ergo] me ergo A*CΨ^{DF*}; ergone me Σ^M; me ergone Ψ^B | demisit φ^{RV}; misit Ψ^{DF*} | spiritus dominus Π^Fφ^v; dominus Ψ^{DF} | est om. X.

25. michea RAΣBΘ^{HAG*}HΓ^{Ab}; michea X; micha Θ^o | es] est D; om. Θ^{G*} | ingred.]

egredieris BD; + in gre] intra cubiculum om. DΓ^{B*}Ψ^{DF*}; *praem. et* Γ^A | ut] et Ψ^{DF*}.

26. tolle D | michean R² (*rescr.*) | amon] I*; amo R*Ab*; amos D; ammon ΧΣ^{TMB}EPHI²Γ^BΨ^{DFa}; hammon C; amnon Σ^o | ioas] achis Ψ^{DF} | ammelech = RACD Θ^{HSb}; amelech φ^GΘ^{AMGP*}Ω^{SJ}relv̄ḡc; amelehc I*; amalech Λ^{HX}ΠΣ^{TO}Bφ^{RZV}EP²HKZ ΓΨΩ^{Maq}; amalec Σ^M; amalehc I²; amaleth φ^P.

27. ei Π | uirum] ¶ h. non habet Θ^o | in carcere Rφ^{RZG}Θ^{SI*} | panem CD | aquam CDφ^v; aque Π^o | reuertor R; reuertatur Π^oH*Ω^{S*}M.

28. dixit (*que om.*) B | dominus] E*; deus E² | ~ locutus in me dominus φ^{RQ} Θ^{HS}agrelv̄ḡc; ~ dominus locutus in me Π^oΣ^oφ^P; ~ in me dominus locutus P.

22. <et RAb | <egrediar R | <et dixit RACb | <egredere R | 23. <nunc RACb | <et RAb | 24. ¶ accessit C. Θ^S; CII. Θ^{HAG}; CIII. (*pro* CII.) H; CIII. B; <accessit RACb | <mene RAb | 25. <et RACb | <visurus RAb | 26. <et RACb | <tollite RAb | <et apud RAb | 27. <et RAb | <haec R | <mittite RACb | <et sustentate RAb | <donec Ab | 28. <dixitque RACb | <si RACb | <et RACb | <audite C.

29 ascendit itaque rex Israhel et Iosaphat rex Iuda in Ramoth Galaad
 30 dixitque rex Israhel ad Iosaphat
 sume arma et ingredere proelium et induere vestibus tuis
 porro rex Israhel mutavit habitum et ingressus est bellum
 31 rex autem Syriae praeceperat principibus curruum triginta duobus dicens
 non pugnabitis contra minorem et maiorem quempiam nisi contra regem Israhel solum
 32 cum ergo vidissent principes curruum Iosaphat

suspicati sunt quod ipse esset rex Israhel
 et impetu facto pugnabant contra eum
 et exclamavit Iosaphat
 33 intellexeruntque principes curruum quod non esset rex Israhel et cessaverunt ab eo
 34 unus autem quidam tetendit arcum in incertum sagittam dirigens
 et casu percussit regem Israhel inter pulmonem et stomachum at ille dixit aurigae suae verte manum tuam et eice me de exercitu
 quia graviter vulneratus sum

30. uestibus tuis RA; uestibus meis C | 32. curruum A²C; currum R²(rescr.)A* | 34. sagittam RA; sagitta C.

Deest A^L.

29. ascendat X | israhel om. Σ^{0*} | et — 30. israhel (I^o) om. D | et] ad Ψ^D | iuda] in ras. Σ⁰² | ramoth-galaad elb.

30. dixitque — iosaphat om. X | dixitque] dixit itaque Ω²agrel̄c; dixit Θ^{M*} | sume arma] ¶ h. [...] Θ^o | arma om. Λ^H; + tua Ω² | tuis] E*; meis CE²Θ^{HSAM*G*} P²(in ras.)Ω^M cum LXX et Λ^H (marg.). ¶ hebr. « tuis » Hug., Guill. et Iac. | habitum + suum Σ^{0MBP²HΓ}Ω^Magrel̄c. ¶ « suum » del. Guill. et Iac. | bellum] prelium X.

31. precedebat C | principibus] praem. siriae D[†] | curruum b* | triginta duobus om. Ψ^{DF} | et] aut C cum aliq. codd. graec. minusc. | ~ maiorem et minorem Π^FΣ^o | quempiam] quemquam a; om. X | regem] legem I*.

32. audissent Ψ^B | currum R²(rescr.) A*Λ^HΩ^M; + et Ψ^D | esset] est X.

33. intellexerunt (que om.) Ψ^B | non om. D².

34. unus] uir Ω²rel̄c̄, cf. hebr. ¶ « unus » non « uir » quod pro « uno » quidam male mutauerunt quia hebr. habet « is », set « is » pro « uiro » accipitur Gen. II (v. 24), et pro « uiris » ut Iudic. IX (v. 2), et pro « singulis » ut Gen. XLIX (v. 28), et pro « uno » et « altero » ut Ezech. I (v. 23) Guill. | quidam om. Λ^HΣ^{0*}Ω^M | in om. Π^FΣ^TP*; praem. et Ψ^{B2} | sagitta CΠ^o | diligens Ψ^{B*} | regem] rex Ψ^{DF}; praem. ahab Θ^{HSAM*G*}P² [[aab Θ^H, haab P², achab P³] | inter — stomachum] h. inter scap[ulas] Θ^o | pulmonem I*; pulmones D | suo] suae D; sue Ω^M; sua Ψ^{DF*}; om. m | ~ de me Θ³ | exercitu + suo Σ^{M*}.

29. ¶ ascendit L. A; LVI. Λ^HΦ^VKIΩ^M; CI. Θ^S; CV. B²; Div. sine num. ZΨ^{BD}; <ascendit RCb | 30. <dixitque RACb | <sume RAB | <porro RACb | 31. <rex RACb | <non RAB | <nisi RAB | 32. ¶ cum Div. sine num. Ψ^B; <cum RACb | <suspicati RAB | <et impetu RAB | <et exclamavit RAB | 33. <intellexeruntque RACb | <et RAB | 34. ¶ unus CII. Θ^S; CIII. EΘ^{HAMG}; CIIII. (pro CIII.) H; <unus RAB | <et casu RAB | <at RACb | <verte RAB | <quia RAB.

- 35 conmissum est ergo proelium in die illa et rex Israhel stabat in curru suo contra Syros et mortuus est vesperi fluebat autem sanguis plagae in sinum currus
- 36 et praeco personuit in universo exercitu antequam sol occumberet dicens unusquisque revertatur in civitatem et in terram suam
- 37 mortuus est autem rex et perlatus est Samariam
- sepelieruntque regem in Samaria et laverunt currum in piscina Samariae et linxerunt canes sanguinem eius et habenas laverunt iuxta verbum Domini quod locutus fuerat
- 39 reliqua vero sermonum Ahab et universa quae fecit et domus eburneae quam aedificavit cunctarumque urbium quas extruxit nonne scripta sunt haec in libro verborum dierum regum Israhel

35. uesperis RA; uespere C | in sinum R²AC; in sinu R* | 37. samariam AC; samaria R.

Deest Λ^l.

35. conmissum] omissum Ψ^{B*} | rex] regem Σ^T | in curru suo] Λ^{H2} (alt. r corr.) Θ^{M*}; in curru suo m; in curru suum R; in cursu suo Θ^{M2}; in cu*uo suo Ψ^{B*} | uespere CΛ^HΦ^GΕΓ^AΨ^{B*}agreλ̄sc | fluebat autem] fluebantque Π^G | plaga Θ^{H*} | in sinum] Ψ^{F*}; in sinu R*XΣ^TDZΨ^{DF2}b.

36. personuit] insonuit Σ^{O2}MBHΓ^{AB*} areλ̄sc; sonuit Σ^{O*} | in uniuerso — suam] ¶ h. in ca[stribus dum sol] occumberet dicens uir [in] ciuitatem suam et in [terram suam] Θ^G (restit. ex Martiano) | accumberet D; occideret m | uertatur Γ^{B*}; + in pace Ψ^{DF*} | in ciuitate X; + suam Θ^{P2} cum hebr. et LXX | et in terram om. Ψ^{B*}.

37. est om. D | rex + isrl I² | perlatus Θ^S; prelatu Θ^H; relatu Ω^M | samariam] samaria RXΣ^T; praem. in Λ^HΠ^FB² Φ^{RZ}GVEP*ZΨΩareλ̄sc cum LXX | regem] P*; eum Σ^MP²HZΓ | in sam.] in samariam Π^FΘ^SP*K*I*Γ^A; in samarie Σ^T.

38. et lauauerunt Φ^VΘ^{G*}Ψ^{B2}; laueruntque Ψ^{F2}; et laueruntque Ψ^{DF*}; et le-

uauerunt Ψ^{B*} | curru] Λ^{H2} (alt. r corr.); circum E*; om. Ω^{J*}; + eius ΧΠ^FΣBEΘ P²HKI²ZΓΩ²areλ̄sc cum Λ^H (marg.) | in piscinam Π^FBE*; in piscinas Ω^J | lingerunt E*; luxerunt Ψ^{B*} | canes] carnes Θ^{HS*} | abenas XΣ^{TO*}MΘ^{G*}HZΓ^BΨ^{DF2} (e in ras.); habenas R; auenas B*Θ^{HS} | lauerunt] I*; lauauerunt Ψ^B; laberunt C; lāberunt Θ^H; lamberunt XΣ^{ΘS}I²; lambuerunt Ω^M; linbauerunt Λ^H. ¶ « lauerunt » sic habent hebr. et ant., Cantuar. uero dicit « lamberunt » Hug. hebr. « lauerunt » Iac. | domini] dei Ψ^B | fuerat + in manu heliae Z cum pauc. codd. graec. minusc.

39. uero] autem Ψ^{DF}agreλ̄sc | sermonum om. Φ^{V*} | eburneae R*; eburneae* P; (e)burnea Λ^HXΠ^FΣBΦ^{VP}Θ^SHΓΨ^{DF} Ωagreλ̄sc, cf. LXX | quas KI² (s in ras.) | struxit Σ^MBHΓ^{AB*}; extruxerat EΩ^S; extruxerat Φ^VKIΨ^{B*DF} | haec om. P* | ~ haec scripta sunt Σ^OΦ^{RZ}GVK*ZΩ²agreλ̄sc cum hebr. et LXX | uerborum] in ras. P²; sermonum Λ^HDΦ^{RZ}GVΨ^ΩMgreλ̄sc; om. Π^F.

35. ¶ conmissum CIII. Θ^A; <conmissum RACb | <et rex RAb | <fluebat RAb | 36. <et RAb | <unusquisque RAb | 37. <mortuus RACb | <sepelieruntque RAb | 38. <et lauerunt RAb | <et linxerunt RAb | <et habenas RAb | 39. <reliqua RACb | <et universa RAb | <et domus RAb | <cunctarumque RAb | <nonne RAb.

- 40 dormivit ergo Ahab cum patribus suis
et regnavit Ohozias filius eius pro eo
- 41 Iosaphat filius Asa regnare coeperat super Iudam anno quarto Ahab regis Israhel
- 42 triginta quinque annorum erat cum regnare coepisset et viginti et quinque annos regnavit in Hierusalem nomen matris eius Azuba filia Salai
- 43 et ambulavit in omni via Asa patris sui et non declinavit ex ea fecitque quod rectum est in conspectu Domini
- 44 verumtamen excelsa non abstulit adhuc enim populus sacrificabat et adolebat incensum in excelsis
- 45 pacemque habuit Iosaphat cum rege Israhel
- 46 reliqua autem verborum Iosaphat et opera eius quae gessit et proelia nonne haec scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda
- 47 sed et reliquias effeminatorum qui remanserant in diebus Asa patris eius abstulit de terra
- 48 nec erat tunc rex constitutus in Edom

40. ohozias A; ochozias C; ozias R.

Deest Λ^v.

40. ohozias] ¶ h. aha[zias] Θ^g | filius + achab D* | pro eo *om.* H*.

41. iosaphat + uero Σ^{OM}BP²HΓ^A Ω^Magrelb̄z̄c; + autem Ψ^{DF} | coeperat super iudam] quarto anno regni achab regnare cepit iosaphē D | ahab] *praem.* regis Ω^s.

42. triginta quinque] Ψ^{B2}; xxxv CP*; triginta et quinque BP²HΓ^AΩ^M *cum hebr. et LXX*; xxx quinto Ψ^{B2}; triginta tres Ψ^{DF}; xxx duo Ψ^{B*}; triginta Φ^v | uiginti et quinque = RACXΠ^FΣ^{TO}DΦ^vΓ^AΨ^Bbm *cum hebr. et LXX*; xxv Σ^{MP}ΩSM; uiginti quinque *rell. codd. et edd.* ¶ h. a[...] Θ^g | annos] P*; annis Λ^HΣ^ΦEΘ^P2HKΓ^BΨ^ΩΜ agrelb̄z̄c; annis** I² *in ras.* | hazuba C; azaba B; azba E*; abuzā m; zeba Ψ^{DF}; ahāb Ψ^B | salai] Θ^{g*}; salay CL^HXBΩSM; salaai RΠ^F; salaa E*; silai Θ^{g2}; sabai Ψ^F.

43. in omni uia] in omnia Θ^s; in

uia m, *cf. Lucif. Calar. de reg. apost. 6* (in uias) | ex] ab Ω^s *cum Lucif. Calar. l. c.* | fecitque] Γ^{B*}; fecit quoque Θ^{AMG} Γ^{B2}; feceruntque Π^G | est] erat Π^GDΦ^{RZGV} EP*ZΓ^{B2}Ψ^Ωagrelb̄z̄c *cum Lucif. Calar. l. c.*; *om.* Γ^{B*} | in consp.] ¶ h. in oculis Θ^g.

44. excelso Φ^v | adolebant E* *cum LXX, cf. hebr. et Lucif. Calar. l. c.* | in excelsos Σ^{o*}.

45. pacemque] Γ^{B*}; pacem quoque Γ^{B2}.

46. uerborum *om.* Ω^M | opera] ¶ h. fortitudo Θ^g | quae] qua R* | gessit] fecit XΣ^{TOZ} | dierum *om.* Π^o | regum *om.* K* | iuda] *in ras.* P²; isrl Ψ.

47. reliquias] *in ras.* B²; reliquas φz* | qui] P*; quae Π^FΣ^{o*}Φ^PEΘ^P2KI*; que Σ^TBI²Ψ^B.

48. ~ constitutus rex Σ^MBHΓ | edom] eodem R.

40. ¶ dormivit LVI. Γ^A; CIII. EΘ^{Mg}; CV. Θ^A; <dormivit RACb | <et RAb | 41. ¶ iosaphat LI. A; LVII. Λ^HΦ^vKIΓ^AΩ^M; CV. Θ^g; CVI. B; *Div. sine num.* ZΨ; <iosaphat RCb | ¶ anno CIII. Θ^H | 42. <triginta RAb | <et viginti RAb | <nomen RAb | 43. ¶ et ambulavit CV. Θ^M; <et ambulavit RAb | <et non Ab | <fecitque RAb | 44. <verumtamen RAb | <adhuc Ab | 45. <pacemque RAb | 46. <reliqua RACb | <et opera RAb | ¶ nonne CV. E; <nonne RAb | 47. <sed RACb | 48. <nec RAb.

- 49 rex vero Iosaphat fecerat classes
in mari quae navigarent in
Ophir propter aurum
et ire non potuerunt quia con-
fractae sunt in Asiongaber
50 tunc ait Ohozias filius Ahab ad
Iosaphat
vadant servi mei cum servis tuis
in navibus
et noluit Iosaphat
51 dormivitque cum patribus suis et
sepultus est cum eis in civi-
tate David patris sui
regnavitque Ioram filius eius
pro eo
52 Ohozias autem filius Ahab reg-
nare coeperat super Israhel
in Samaria
anno septimodecimo Iosaphat re-
gis Iuda
regnavitque super Israhel duobus
annis
53 et fecit malum in conspectu Domini
et ambulavit in via patris sui et
matris suae
et in via Hieroboam filii Nabath
qui peccare fecit Israhel
54 servivit quoque Baal et adoravit
eum
et iritavit Dominum Deum Isra-
hel iuxta omnia quae fecerat
pater eius

52. iuda RA; iudae C | 54. servivit quoque RA; servivitque C.

Deest A^L.

49. rex uero] ¶ h. non habet Θ^o |
classem B* | mari] ¶ thars[is] Θ^o | ophir]
in ras. Θ^{o2}; ophyr Λ^HΦ^{GVP}EΘ^{HS}PHKIZ
Γ^BΨΩ^S; hophyr C; ofir Σ^T; offir Σ^o; op-
fir Σ^M | poterunt E*; potuerant Λ^H; pot-
erant ΙΩ^qel | confracti C | asion-gaber
relb; hasiongaber C; asyongaber Ψ^Fq.

50. ait om. B* | ohozias] ¶ h. aha-
zias Θ^o | uadant] Θ^{o2}(alt. a in ras.)H²
(item); uadent B*Γ^B, cf. hebr.

51. dormiuitque + iosaphat EΘ^{AM2}
(phat in ras.)P²KI²Ψ^FΩ²aqrelvbc cum hebr.
et codd. graec. fere omn.; + iosafat Θ^{H1G2}
I*; + iosafath Φ^PΘ^{o*} | cum eis om. XΣ^T
DΓ^B cum cod. graeco B | in ciuitatem Φ^P |
ciuitate-david elb.

52. regnare coeperat] ¶ h. [regna-
uerat] super Θ^o (restit. ex Martianaeo) |
in samaria om. Π^F | septimodec.] xvii P
ΩSM; decimo septimo Ω^J | iudae CΠ^oΣ^o
BΘ^{AM}HZΓm; iude XΠ^FΣTM | regnavit (que

om.) B*DΦ^VHΓ^{AB*}Ω^S | israhel + in sa-
maria Π^o.

53. in consp. dom.] coram domino
Ω^M | in consp.] ¶ h. in oculis Θ^o | uia
(I^o)] praem. omni Ψ | et (post suae) om.
Θ^{S*} | in uiam Π^{F*} | fili RΓ^{Am} | fecerat Γ |
~ fecit peccare Σ^{o*}.

54. seru. quoque] seruiuitque CΠ^F
Σ^TB²; seruibitque XB*.

Post uocem eius plerique codd. li-
bro III Regum finem inponunt; sed ΦE*
P*Ω^S usque ad finem primi versus cap.
seq., R²I³Ψ uero usque ad finem ultimi
versus eiusdem cap. librum III protrahunt.
In Φ^P tamen (ex errore eius qui princi-
pium libri IV pictura exornauit) et in E
liber IV nihilominus incipit a uoce prae-
uaricatus, primo scilicet uersu cap. seq.
iterum scripto, quod in aliq. codd. grae-
cis item reperitur.

Subscriptionem libro III Regum non

49. <rex RACb | <et RAb | 50. ¶ tunc Div. sine num. Z; <tunc RACb | <vadant RAb |
<et RAb | 51. ¶ dormiuitque CV. Θ^HH; CVI. EΘ^{AMo}; <dormiuitque RACb | <et RAb |
<regnauitque RAb | 52. ¶ ohozias LII. A; LVIII. Λ^HΦ^VKIΩ^M; CVII. B²; Div. sine
num. ZΨ; <ohozias RCB | <anno RAB | <regnauitque RAB | 53. <et fecit RAB | <et
ambulauit RAB | <et in RAB | 54. <serviuit RAB | <et iritauit RAB | <iuxta Ab.

IV Regum I. ¹ Praevaricatus est autem Moab in Israhel postquam mortuus est Ahab
² ceciditque Ohozias per cancellos cœnaculi sui quod habebat in Samaria
 et agrotavit misitque nuntios di-

cens ad eos
 ite consulite Belzebug deum Acaron
 utrum vivere queam de infirmitate mea hac
³ angelus autem Domini locutus est ad Heliam Thesbiten

I. 2. queam A; quaeam R; possum C.

Deest Λ^l (usque ad v. 1, postquam).

adponunt R*Λ^hΠDΘ^hSP²(eras.)bmrēlv̄z̄c; ea pariter carent Γ^BΩSM rubricatoris negligentia. Ceteri sic scribunt: Explicit malachim id est regum liber tertius (om. Φ^v) habet (om. Φ^{VP}) uersus (+ numero Φ^R) iīD ΦΩ^{2*}; explicit malachim liber tertius C; explicit liber tertius malachim Σ^{OZ}; explicit liber primus malachim Θ^{AM}; explicit malachim liber primus Θ^o; explicit liber primus malachim qui et regum K; explicit malachim id est regum liber tertius I³ (in ras.; haec eadem verba transponit I³ ad finem cap. seq.) Ω^{2*}; explicit (finit X) liber regum tertius (tercius a) X EΨa; explicit liber tertius secundum ordinem septuaginta Σ^T; explicit liber tertius sicut est ordo secundum septuaginta Σ^M; explicit liber tertius BHΓ^A; finit A; finis g. ¶ hic finit liber tertius secundum septuaginta R² (in marg. post IV Reg. 1, 18).

Titulum libro IV non praemittunt RAL^hΠDΘ^h*sbm, e quibus tamen littera solito maiore textum incipiunt RAB; titulo item carent Γ^BΩ^M rubricatoris incuria. Ceteri hos titulos exhibent: Incipit malachim (malacim C) liber quartus CP² (in ras.); incipit liber quartus malachim KZ; incipit liber secundus malachim Θ^{AM}; incipit liber quartus malachim id est (+ liber E*) regum E; liber secundus malachim id est liber regum quartus g; liber regum quartus: secundum hebraeos se-

cundus malachim (∞ mal. sec. c) lvc; quartus regum liber: secundum hebraeos melachim (malachim e) secundus re; incipit liber regum quartus ΧΣ^OΦ^PΘ^H2I²(in ras.; eadem verba transponit I³ ad IV Reg. 2, 1)Γ^AΨ^BFΩ^J; incipit regum liber quartus B; incipit liber quartus id est regum Ψ^D; liber quartus regum z̄; incipit secundum LXX^a liber quartus · secundum uero sanctum (om. Σ^M) iheronimum et ebraicam ueritatem liber (om. Σ^T) secundus Φ^R2z̄GVΩ^S; incipit eiusdem liber quartus Φ^R2z̄GVΩ^S; incipit eiusdem liber tertius Φ^R*; incipit eiusdem liber secundus Θ^o; incipit liber quartus H²(in ras.)a.

1. 1. autem om. Γ^BΩ^M | ∞ moab autem Σ^T.

2. sui om. Φ^P | dicensque ad eos Φ^R; ad eos dicens Z; dicens Π^o; + ***** R | ite + et Λ^h cum LXX | belzebug = RΣ^MBΘ^P2; belzebugh Θ^HS; beelzebub AΛXΠ^FΣ^T0²(ult. e ex i)ΦEΘ^{AM}*HKIGΨ Ω^JMmagz̄c; beel-zebub rēlv̄; behelzebub Π^oZb; belzebul C; beelzebuth Ω^S; beelbub D | acaron Σ^{OM}; accharon CΣ^TEa; acharon BΦ^PHZΓ^BΩ^S | utrum] uerum R* | queam] I³; possum CI*; possim I² | mea om. XΣ cum hebr. | hac] D² (c corr.).

3. autem] enim Z | surge] praem. dicens XΣBΦ^R2z̄Θ^{HSAM}*G*PHΓΩmagrēlv̄z̄c cum LXX et Rab. Mauro in 4 Reg. 4, 1; + et BP²arelv̄z̄c cum cod. graeco A et aliq. al. et Rab. Mauro l.c. | ascende] descende

I. 1. ¶ praevaricatus I. ΧΣΦ^RZPΓ^A; CVII. EΘ^{HAMGH}; CVIII. B; Div. sine num. Z Γ^BΨ^D; <praevaricatus RACb | 2. ¶ ceciditque I. Ω^{SJ}; Div. sine num. Ψ^BF; <ceciditque RACb | <et RAB | <misitque C | <ite RAB | <utrum RAB | 3. ¶ angelus I. Φ^o; <angelus RACb.

<p>surge ascende in occursum nuntiorum regis Samariae et dices ad eos numquid non est Deus in Israhel ut eatis ad consulendum Belzebub deum Accaron 4 quam ob rem haec dicit Dominus de lectulo super quem ascendisti non descendes sed morte morieris et abiit Helias 5 reversique sunt nuntii ad Ohoziam qui dixit eis quare reversi estis</p>	<p>6 at illi responderunt ei vir occurrit nobis et dixit ad nos ite revertimini ad regem qui misit vos et dicetis ei haec dicit Dominus numquid quia non erat Deus in Israhel mittis ut consulatur Belzebub deus Accaron idcirco de lectulo super quem ascendisti non descendes sed morte morieris 7 qui dixit eis cuius figurae et habitus est vir qui occurrit vobis et locutus est verba haec</p>
--	--

6. ite reuertimini RC; ite et reuertimini A | dicetis RA; dicitis C | quia non erat deus in israhel RA; non erat deus in srahel quia C | deus (2°) RC; deum A | 7. habitu RA; habitus C.

Ω^α | in om. Θ^{H*} | ~ in israhel deus R | exeatis C | belzebub = RCL^{L*}Σ^MBΘ^oP²; beelzebub AΛ^{L²H^X}Π^FΣ^ODΦEΘ^{HAMP*}HKIΓΨΩ^{magq̄z̄c}; beel-zebub rēlb; behelzebub Zb; behelzebub Π^o; belzebubt Θ^s; beelzebuth Ω^s; beelzebub Σ^T; om. Ω^M; praem. dñ Γ^{B*} | accharon CΣ^TEα; acharon Σ^MBΦ^PHZΓ^BΩ^s.

4. dominus + deus Σ^{TO} | lectulo*** Φ^o; lecto B | super] ad Ω^M | non om. H* | descendens P*Γ^AΩ^{M*}.

5. sunt om. Φ^o.

6. at] Λ^{L²} (a in ras.); ait Θ^{H*} | illi] Λ^{L²} (alt. i in ras.) | responderunt] dixerunt Ψ^{DF}, cf. hebr. et LXX | reuertimini] Θ^{M*}; reuertemini DΦ^{RV}Θ^{M²}; praem. et A ΛΠDΦ^{RZOP}EΘ^{H*AM*G*}PKIZΓ^AΩ^Mmq̄rīz̄c | dicetis] dicitis CΠ^{F*}; dicite Π^{F²B} cum LXX | eis Π^o | quia — israhel] P^{3*}; quia non erat deus isr. I²; non erat deus in isr. ΦVZ*Ψ^{B*DF}Ω^sm; non erat deus in isr. quia CΦ^{P*}EΘ^{AM*G*}K; non erat deus isr. quia I^{*}; quia non erat deus in isr. quia Π^FΦ^{P²P²} | mittis] Λ^{L*}P*Ψ^{B*}; mittes

R; mittitis Φ^oΨ^{B²DF}m; mittit C; misisti Λ^{L²X}Σ^BP²HΓ^A | consulatur**** Φ^R; consulas Π^F | belzebub = RCL^HBΘ^{H^{so}P²}; beelzebub AΛ^{L^X}Π^FΣ^OMΦEΘ^{AMP*}HKIΓΨΩ^{magq̄z̄c}; beel-zebub rēlb; behelzebub Z; behelzebub Π^o; beelzebub Σ^T; beelbub D | deum AΠ^FΣ^MBE*Θ^{s²}(m corr.)Γ^AΨ^{DF} | accharon CΣ^TEΩ^α; acharon Σ^MBΦ^PHZΓ^B | lecto B | quem] P² (em in ras.); om. B* | ascendisti* Λ^H | descendens P*.

7. cuius figurae et habitus est uir = RAP^oD(abitu)Φ^{RZ*P²I*}Γ^A(~ uir est)b*; cuius figurae et habitus est uir ille Ω^Matēl̄z̄c; cuius figurae est et habitus uir Σ^{TO}Θ^{H²}; cuius figura est et habitus uir XΣ^MΘ^s(figurast)Γ^B; cuius figura est et habitus uir H*; cuius figura est abitu uir B*; cuius figurae et habitus uir Θ^{M²G²}. ¶ ant. « cuius figure et habitu » id est « figure et quo habitu » simile Ys. XXVIII (v. 8) « replete sunt uomitu sordiumque » require Exod. VIII (v. 24) *Guill.*

<surge RACb | ¶ numquid CVIII. EΘ^{HAM}H; CVIII. B; <numquid RACb | 4. ¶ quam CVIII. Θ^o; <quam RAb | <de RAb | <et RACb | 5. <qui RAb | 6. <at RACb | <vir RAb | <ite RAb | <et Ab | <haec R | <numquid RACb | <idcirco RAb | 7. <qui dixit RACb | <et locutus RAb.

⁸ at illi dixerunt vir pilosus et
zona pellicia accinctis reni-
bus
qui ait Helias Thesbites est
⁹ misitque ad eum quinquagena-
rium principem et quinquaginta
qui erant sub eo
qui ascendit ad eum sedentique
in vertice montis ait
homo Dei rex praecepit ut de-
scendas
¹⁰ respondensque Helias dixit quin-
quagenario
si homo Dei sum descendat ignis
e caelo et devoret te et quin-
quaginta tuos

descendit itaque ignis e caelo et
devoravit eum et quinquaginta
qui erant cum eo
¹¹ rursum misit ad eum principem
quinquagenarium alterum et
quinquaginta cum eo
qui locutus est illi
homo Dei haec dicit rex festina
descende
¹² respondens Helias ait
si homo Dei ego sum descendat
ignis e caelo et devoret te et
quinquaginta tuos
descendit ergo ignis Dei e caelo
et devoravit illum et quinquaginta
eius

10. e caelo (*utroq. loco*) RA; de caelo C | 12. ignis e caelo RA; ignis de caelo C | ignis dei e caelo RA; ignis de caelo C.

8. dixerunt + ei Θ^{H2M} , *cf. hebr. et LXX* | pilosus + est Φ^{P*} (*ut vid.*) $E\Omega^M$. ¶ h. capillosus Θ^o | accinctis renibus] circa lumbos eius Σ^M | accinctis] $\Lambda^{L*}\Theta^{H*}I^*$; accinctus $X\Pi^o\Sigma^oD\Phi^{RZG}\Theta^{H2AMG}PHKI^2$ $\Gamma\Omega\alpha g r e l b \beta \zeta$ *cum hebr. et LXX*; accinctu Λ^{L2} | thesbiten Π^o .

9. quinquaginta] quinquagena Ψ^D ; + uiros Ω^s | sub] cum $X\Sigma\Theta^{H2AMG}I^+$; quum Θ^{S*} | in uerticem $D\Phi^o\Theta^S K^* I^* \Psi^B$ | ~ montis uertice Ω^M | ait] *praem.* et R, *cf. hebr. et LXX* | homo dei] ¶ h. uir dei Θ^o | praecepit + tibi Γ^A *cum LXX* | descendat Ψ^D .

10. respondensque] I^2 (*ens in ras.*); respondens Θ^{S*} ; responditque $P^* \Psi^{B^F}$ *cum hebr. et LXX* | dixit] *praem.* et Ψ^{B2} | homo dei] ¶ [h. uir dei] Θ^o (*restit. ex Martianaeo*) | sum] sum ego $X\Sigma\Theta$, *cf. hebr. LXX et Hier. ep. 140, 2.* ¶ [h. non habet (sum)] Θ^o (*restit. ex Martianaeo*) | descendet Γ^B | e = $RA\Pi^F b$; de m *cum rel. codd. et edd.* atque *Hier. l. c. et ep. 121, 5* | deuoret] Θ^{o2}

(*deu in ras.*); comburet Θ^H ; comburet Θ^S ; conburat Θ^A | tuos] duos Θ^H ; uiros D | itaque] ergo $\Lambda^H \Psi^D \alpha$ (*cf. v. 12*) | ignis om. Ψ^{B*} | e = $RA\Pi^F \Theta^{S o 2} b g$; de $\Theta^{o m}$ *cum rel. codd. et edd.*

11. rursumque $\Omega^M a r e l \beta \zeta$, *cf. hebr. et LXX* | ~ princ. quinquag. ad eum Ω^s | quinquaginta + qui erant Ψ^B (*ex v. praec.*) | locutus est] loquuti sunt R | illi* D; ei $\Sigma^M H \Gamma^B \Psi$ | homo dei] ¶ [h. uir dei] Θ^o (*restit. ex Martianaeo*) | descendere Λ^{L*} ; descendere D.

12. respondens hel. ait] I^* ; respondit hel. et ait I^2 , *cf. hebr. et LXX* | respondensque Π^F | homo — sum] ¶ h. uir dei ego Θ^o | ~ sum ego $\Sigma^o Z$ | descendat ignis om. Ω^s | e = $RA\Pi^F H b m g$; de *rel. codd. et edd.* | tuos] duos D^* | ergo om. D | dei om. $C \Lambda X \Pi^F \Sigma^B D \Phi^P E \Theta^{H S A M G} P^2 H I \Gamma \Psi^D F a r e l \beta \zeta$ *cum LXX*, (*cf. v. 10.*) ¶ «ignis dei» *Hug.* | e = $RA\Pi^F \Sigma^T \Theta^{H A M G b}$; e X; de *rel. codd. et edd.* | illum] eum $\Theta^{A M G}$ | eius] *in ras.* $\Lambda^{L2} I^2$.

8. <at RACb | <vir C | <qui RAb | ¶ helias CVIII. H | 9. ¶ misitque CVIII. Θ^{HAM} ; CX. B; <misitque RACb | <qui ascendit RACb | <homo RACb | 10. <respondensque RACb | <si RACb | <descendit RACb | 11. <rursum RACb | <qui RACb | <homo RAb | <festina C | 12. <respondens RACb | <si RACb | <descendit RACb.

- 13 iterum misit principem quinquagenarium tertium et quinquaginta qui erant cum eo
qui cum venisset curvavit genua contra Heliam
et precatus est eum et ait homo Dei noli despiciere animam meam et animam servorum tuorum qui mecum sunt
- 14 ecce descendit ignis de caelo et devoravit duos principes quinquagenarios primos
et quinquagenos qui cum eis erant sed nunc obsecro ut miserearis animae meae
- 15 locutus est autem angelus Domini ad Heliam dicens
- descende cum eo ne timeas surrexit igitur et descendit cum eo ad regem
- 16 et locutus est ei haec dicit Dominus
quia misisti nuntios ad consulendum Belzebub deum Accaron
quasi non esset Deus in Israhel a quo possis interrogare sermonem
ideo de lectulo super quem ascendisti non descendes sed morte morieris
- 17 mortuus est ergo iuxta sermonem Domini quem locutus est Helias

13. curuauit RA; curuabit C | 14. de caelo RC; e caelo A | 16. possis AC; posses R.

13. princ. quinq. tertium] P*; princ. quinq. tertio H²; tertium princ. quinq. Σ^M; tertio princ. quinq. H*Γ; tertio princ. quinq. tertium P² | qui erant om. Π^oΣ^MH Γ^B, cf. hebr. et LXX et supra v. 11 | qui cum] cumque Σ^o; quumque XΣ^T | uenissent Λ^{H*} | incuruauit Σ^M | genua* A; om. Π^o; + sua EΩ^J cum hebr. et LXX | contra] ante Σ^MHΓ^BΩ^M | precatus] I* (praec.); deprecatus I² | homo dei] ¶ h. [uir dei] Θ^o (restit. ex Martianaeo) | despiciere] P* K*; dispicere Λ^LDΘ^MQ^P2] *Ψ^F; disperdere BΘ^AK². ¶ despiciere Θ^A | meam om. m* | animas ΣB²EHK*ZΓ^Barel̄z̄c cum pauc. codd. graec.; anime B* | qui] que B.

14. ~ ignis descendit BΩ^M | de] e AΘ^HHΓ^b | quinquagenarios] Λ^{L*}; quinquagenos Λ^L2 | quinquagenos] quinquagenas B†; quinquagenarios Λ^{L*}Φ^vΘ^s |

eis] eos Σ^{T*}B*; eo B* | erant] uenerant E | ut om. D.

15. est om. R† | autem om. Λ^H | dicens] ¶ h. non habet Θ^o | eo] eis Π^FB | surrexit ig. et desc.] descenditque Ψ^{DF}.

16. ei om. Π^F | dixit m* | belzebub = RCBΘ^H2S^oP²; beelzebub AΛXΠ^FΣ^oM^oDΦ EΘ^{H*}AM^{P*}HKIZΓ^AΨΩmaḡz̄c; beelzebub rel̄b; beh̄elzebub Π^o; beelzebub Σ^TΓ^B | accaron CΣ^TEHΩ^sq; acharon Σ^MBΦ^PZ Γ^B | in om. B | a quo possis] Φ^z*E*Θ^o* P*; a quo posses RΛΣ^oM^oΦ^z2E²Θ^MQ²P²H Γ^{AB*}Ωagrel̄b̄z̄c; qui possit B | interrogari B*; interpretari B² | lecto BZ* | discendis D; descendens P* | ~ non descendes de lectulo super quem ascendisti Θ^{AG*} (ut vid.).

17. est om. Π^o | ergo] autem Ψ^{B*}D^F arel̄; om. Γ^B | locutus est] locutus Σ^M;

13. ¶ iterum CVIII. Θ^o; <iterum RACb | <qui cum RACb | <et precatus RAB | <homo RAB | 14. <ecce RAB | <et devoravit RAB | <et quinquagenos RAB | <sed RAB | 15. ¶ locutus CXI. B; Div. sine num. Ψ^B; <locutus RACb | <descende RAB | <surrexit RAB | 16. <et RAB | <haec R | ¶ quia CX. Θ^o; <quia RAB | <quasi RAB | ¶ ideo CVIII. (pro CVIII.) E; CX. Θ^{HM}; <ideo RAB | 17. ¶ mortuus XVIII. R; CX. Θ^AH; <mortuus RACb.

et regnavit loram frater eius pro
eo anno secundo loram filii Iosaphat
